



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

39. Statutum laicorum prohibens alienationem immobilium in ecclesias,  
vel monasteria, non valet.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

cujusvis secularis, vel regularis beneficij, Montium Pieratis, aliorumque pitorum locorum jurisdictiones, bona, census, ac jura, etiam feudalia, & emphyteutica, fructus, emolumenta, seu quascunque obventiones, que in ministeriorum, &c pauperum necessitates converti debent, per se, vel per alios vi, vel timore incusso, seu etiam per suppositas personas clericorum, aut laicorum, seu quacunque arte, aut quocunque quæsito colore in proprios usus convertere, illosque usurpare præsumperint, seu impedire, ne ab iis, ad quos jure pertinent, percipiantur, anathemati poena tamdiu subjacent, quamdiu jurisdictiones, bona, res, jura, fructus, & redditus, quos occupaverint, vel, qui ad eos quomodoque, etiam ex donatione suppositæ personæ pervenerint, ecclesiæ, ejusque administratori, sive beneficiario integre restituerint, ac deinde à Romano Pontifice absolutionem obtinuerint. Conc. Trid. cap: 11, de reform: sess: 22, cap. predia, & cap: qui abstulerit 12, q: 2, & cap: attendum est. 17, q: 4.

36 Statuentes autem † contra Ecclesiasticam libertatem, scriptores statutorum ipsorum, Potestates, Consules Rectores, & Consiliarii locorum, ubi statuta hujusmodi, & consuetudines editæ fuerint, vel servatae & qui statuta edita, & consuetudines introductas contra ecclesiasticam libertatem de libris in quibus descripta reperiuntur, non fecerint amoveri, & qui secundum ea præsumperint judicare, vel in publicam formam scribere judicata, sunt excommunicandi, ut in cap. noverit, defensione excommunicandi & excommunicationem incurruunt ipso jure. Abb. ibi num. 2.

37 Contra libertatem ecclesiasticam †

sunt statuta, que veniunt contra privilegia concessa ecclesiæ universali, vel à Deo, vel à Papa, vel ab Imperatore, si tamen hominis privilegio opus, habet Ecclesia; quod & ad singulares ecclesiæ extenditur, tamquam ex corpore ad membra. Innocent. in dict. cap. novit, num. 2, vers. bū igitur, & ibi Abb. num. 2, Batt. Socin. in conf. 55 in viso decreto, column. 1. in fin. & Alex. in conf. 209. num. 3, & 5, lib. 2.

Statuentes enim, † aut quomodolibet prohibentes, ne sui subditi Prælati, seu clericis, aut personis ecclesiasticis, quidquam vendant, aut emant aliquid ab eisdem, neque ipsis bladum molant, coquunt panem, aut alia obsequia exhibeant, eo ipso sententiam excommunicationis incurruunt, capit. fin. de immunit. Eccles. in 6.

Statuta etiam laicorum, † quæ directe, vel indirecte prohibeant alienationem immobilium in ecclesiæ, vel monasteria, eo quia sunt contra privilegia de jure communii competentia ecclesiæ, & ecclesiasticis personis, sunt nulla, dict. cap. fin. Bart. in l. filius am. §. divi. num. 12, & ibi Alex. and. num. 11, & 12, & Jas. in 1. lect. dict. §. num. 72, iuncto num. 82, ff. de leg. 1. ubi inquit, quod cum Bart. transiunt indifferenter omnes, ubi etiam attestatur de communi, à qua in considerando, & judicando durum dicit esse recedere, & licet postea ibi Jas. conetur sustinere contraria communem, rationibus per ipsum adducitis, communis opinio est principaliter fundata de jure canonico, & laici earent jurisdictione statuendi contra sacros canones, quia eorum statuta non ligant sive Pontificis approbatione, aut b. cassa. C. de sacro sanc. Eccles. Bart. in l. fin. num. 4. C. de exact. trib. Abb. conf. 26, num. 2, vol. 1, cum

40 cum aliis supra deductis, & est communis  
opinio fayense ecclesiae, quæ in judicando, & consilendo est tenenda, ut tenet  
idem Jas. in dict. §. divi. 1, leib. num: 82.  
41 Nam similia statuta sunt abolenda, &  
cancellanda de voluminibus statutorum,  
ita quod, si in volumine statutorum repe-  
riatur, statutum contra libertatem eccle-  
sie, & in fine voluminis appositum aliud  
statutum, quod si quæ sunt statuta contra  
libertatem ecclesiae sunt cassa, & irrita, i-  
pso jure non suffragantur ad evitandam pœ-  
nam excommunicationis, in dict. cap. no-  
verit. promulgatam, & in auth. cassa. infli-  
ctam, nisi, ut supra, deleantur, & abolean-  
tur, ut nunquam de facto possint in usum  
revocari. Bart: in d: auth. cassa: num: 6, &  
ibi Bald. n: 8, & Abb: in consil: 83. num: 2,  
vers. quinimo, volum. I.

42 Experientia etiam docuit, t̄ quod, quo-

tiescunq; Reges belli, aut alia de causa,  
bona, fructus, seu redditus ecclesiasticos in  
eorum subventionem acceperunt, bello-  
rum eventus, & alii ab eis optati fines, ma-  
le successerunt, ita quod etiam profana  
bonis ecclesiasticis simul mista, brevius  
quam dici potest consumatur, & effluant,  
ut pluribus exemplis probat Petr: Ribade.  
in tract. de relig. lib. 1 cap. vli per tot.

Communitates vero, & Magistratus,  
qui oneribus bona ecclesiastica contra eo-  
rum immunitatem gravare non formi-  
dant, ultra centras, & pœnas, de quibus  
supra, quas ipso facti incurrit, alias etiam  
pœnas temporales non evadunt, quia hinc  
grandines, damnosæ pruinæ, & alia fla-  
gella, quibus tam in personis, quam in bo-  
nis temporalibus vexantur, justo Dei ju-  
dicio, pro purgatione vel vindicta mitiū-  
tur, c. Anast. 19. dist. &c. cùm percusso. 7. q. 1

## DE BONIS ECCLESIAE NON ALIE- NANDIS. C. p. XV.

S V M M A R I V M.

1. **A**lienatio de rebus Ecclesie fieri  
non potest.
2. Extravagans: Ambitiosa, an procedat  
etiam in bonis Ecclesiæ feudalibus, em-  
phyteuticisue consuetis infeudari, vel  
emphyteuticari juxta consuetum, &  
num. 29.
- Res semel affecta alienabilis semper du-  
rat alienabilis, ibidem.
- Cessante causa, cessat effectus, ibidem.
- Concessiois causa, quando situs du-

- rare videatur, & quomodo cesset.
4. Extravagans: Ambitiosa, an procedat  
tam in rebus magni, quam parvi, &  
exiguivoloru.
5. Alienans aliquid de jure Ecclesie est hono-  
reprivandus.
6. Extravagans & Ambitiosa, non pro-  
cedit in bonis immobilibus pauci mo-  
menti, ut sunt terrulae, & vineo-  
lae.
- Res &c. si si: x alienari, ut: cetera

T

